


Motus proprius S. D. N. D.
Pii diuina prouidentia Papæ Quarti ſuper Parrochialium, ac aliarum eccleſiarum curatarum collationibus, necnon iuramento, & fideiuſsione præſtañ. de reſidendo.



ROMAE.
Apud Antonium Bladum Impreſſorem Cameralem.
M. D. LXIII. Cum Priuilegio.

Bulla Sanctissimi D.N.Dñi
PII Diuina prouidentia Papæ IIII.

SVPER REFORMATIONE OFFICII

Correctoris Cancellariæ, & Contradictarum.

PIVS Episcopus Seruus Seruorum DEI
Ad perpetuam Rei memoriam.



NIVERSI Gregis dominici curam nobis diuina dispositione cõmissam, pro Pastoralis officij debito diuina fauente gratia diligenter, & salubriter exercere cupientes, ad ea potissimũ pro Christifidelium animarum salute nostræ dirigimus considerationis intuitum, per quæ iuris & iustitiæ cultus a nostris, & sedis apostolicæ Officialibus seruetur, & inuiolabiliter custodiatur. Sane cum nos vna cum venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, singulorum Romanæ Curiæ Tribunalium, & officiorum correctioni & emendationi iugiter intendentes, inter cętera ad officiũ Correctoris Cancellariæ apostolicæ, ac literarum iustitiæ contradictarum respexerimus, animaduertimus etiã officium ipsum quod antiquissimũ existit, & per quod literę apostolicę iustitię sub nomine Romani Pontificis ac sub plumbo expediũtur pro superiorum temporum licentia antiquam disciplinã, ac puritatẽ in literarũ huiusmodi expeditione relaxasse. Ac propterea pro illius reformatione, & emẽdatione vocato, & audito dilecto filio magistro Paulo Odescalco Cancellarię, & literarũ hmõdi moderno correctore, Motu proprio, & ex certa scientia de eorundẽ fratrum consilio & assensu: Statuimus, & ordinamus quod deinceps perpetuis futuris tẽporibus dictus Paulus, ac pro tempore existens corrector, necnõ literarum earundem procuratores in causis in quibus rescripta a nobis, vel a signatura nostra iustitię pro tẽpore emanare cõtigerit in eadẽ instantia se nullatenus intromittant. Possint tamen causas appellationum a sententiis diffinitiuis, vel diffinitiuę vim habentibus committere. Itẽ confirmationes Indulgentiarum, siue perpetuarum, siue temporaliũ, & testamentorum aut vltimarũ voluntatum ac iurispatronatus, & pręsentãdi nullo modo expediant, sed nec contractuũ, nisi ad vtriusque contrahentis supplicationem, & sine pręiudicio tertii, Et minus sententiarum nisi cum clausula quatenus rite, & recte latę sint, & in rem transiuerint iudicatam, neque aduersus illas aliquid fuerit impetratum. A confirmationibus etiam compromissorũ, & laudorum ante vtriusque partis expressam emologationem, necnon vnionũ perpetuarum, vel suppressionum, aut translationũ beneficiorũ ecclesiasticorum, aut illorum fructuum applicationum omnino abstineant. Similiter nõ concedant confirmationes alienationum permutationũ, aut liberationũ de bonis ecclesiasticis, quorũ annuus redditus summam quinque ducatorũ excedat: id quod dispositiue in literis exprimi debeat, & cõfirmationes hmõdi

A semper

semper ordinario loci, & alteri personę in dignitate ecclesiastica cõstitutę cõiunctim cõmittantur. Et si de ipsius ordinarii interesse, vel pręiudicio agatur, tunc loco ipsius cõmitantur Metropolitañ. & si res ad ipsum Metropolitanũ pertineat ordinario viciniori: & nunquã similes cõmissiones concedant quãdo de alienandis iurisdictionibus, vel vassallagiis ad ecclesias quolibet pertinentibus agitur. Literas etiã declaratorias nullitatis professiõis propter vim & metũ, quãdo religiosi post ingressum religionis, vel emissam professionem sacros ordines in religione susceperunt, etiã si asserat̃ quod eisdẽ vi, & metu durantibus dictos ordines susceperisit minime concedant. In aliis autem casibus declaratorię huiusmodi cõmittantur ordinario loci vocato Priore Monasterii loci eiusdem in quo fuit emissa professio: & nunquam in Romañ. curia etiã si pars, & testes in ea pręsentes essent: Sed nec licentias Religiosis eisdem standi extra Monasteriũ etiam in casibus infirmitatis, vel aliis a iure permissis, nec pro subuentione parentum, pupillorũ, aut aliorũ consanguine eorũ nisi de expressa licentia suorum superiorum petita, & obtenta. Et similiter absolutiones a iuramẽto pręterquã ad effectũ agendi, & excipiendi, ac facultates testandi de bonis ecclesiasticis in forma Quinterni vltra summã centũ ducatorũ minime concedere valeant, Religiosis vero etiam extra claustra cum legitima dispẽsatione degentibus similes facultates testãdi nullatenus cõcedãtur. Item gesta per ordinarios, aut alios inferiores nisi in casibus illis expresse de iure permissis, & quãdo ex eorũ narratiua formã iuris minime per eos seruatam esse cõstant, nullatenus cõfirment, nec eorũ defectus iuris, vel facti aliquo modo suppleant. In primis autẽ obstineant a cõfirmatione tituli, vel possessionis beneficiorum ecclesiasticorum, etiã pro pacificis possessoribus, etiã cum clausula, sicuti iuste & pacifice possidetis. cum sicut accepimus confirmationes huiusmodi plerunque petantur in fraudẽ ad confouẽdos intrusos, & alios qui literas apostolicas prouisionis beneficiorum eorundẽ minime expediuerunt, ac minime curãt expedire. Abstineãt etiam a declaratoriis super homicidiis, & irregularitate exinde contracta, etiã si illa vim vi repellendo, & ad necessariam defensionem cõmissa fuisse asseratur. Item a confirmationibus decimarum, & illarũ acquisitionum, etiã pro pacificis possessoribus, nisi illas ante Concilium Lateraneñ. tẽpore recolendę memorię Alexandri iii. celebratũ legitime acquisitas esse expresse dicatur. Et insuper a cõfirmationibus quibuscunque de rebus litigiosis omnino cessent. Priuilegia vero, ac facultates & gratias p sedẽ apostolicam concessa in genere tantom, non autem in specie confirment, nisi priuilegia ipsa de verbo ad verbũ inserãtur: de quibus per literas apostolicas, aut earũ transumpta autẽtica omni prorsus suspitione carẽtia, ipsi Correctori cõstiterit; de quo in cõfirmatione ipsa expressa mẽtio fieri debeat. Postremo cũ officium ipsum Correctoris potissimum versetur in concessione, vel confirmatione eorũ, quę sunt de iure permissa nullatenus concedẽdo, vel cõfirmãdo rescribat in materiis quoquo modo in iure dubiis, vel vbi varię sunt iurisperitorum opiniones, etiam pro cõmuni illorũ sententia: sed tantũ vbi de re ipsa clara, & expressa de iure decisio apparet, & de cuius intellectu nullatenus apud iuris interpretes dubitet̃. Procuratores aũt literarũ ipsarum contradictarũ materias iniustas, aut indebitas nõ procurent. Nec minutas litterarum forment contra, vel pręter continentiam memorialiũ, & veritatem

tatem facti illis a Partibus exhibiti, ne facto variato, & veritate immũtata literas expediãt, quę alias expediri nõ possent: prout sępius attentatũ fuisse accepimus. In reliquis vero per pręsentes nõ immutatis, aut alteratis antiquũ stilũ in expeditionibus literarum earũdem seruari solitũ inuiolabiliter obseruẽt. Districtius inhibentes pręfato, ac pro tẽpore existẽti Correctori sub indignationis nostrę, Procuratoribus vero pręsentibus, & futuris sub excommunicationis latę sententię, necnon priuationis officiorum, & beneficiorũ quorumcũque per eos obtentorũ, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, aliisq; nostri, & pro tẽpore existentis Romañ. Pontificis arbitrio inferẽdis, & applicãdis pęnis ne de causis, negotiis, ac expeditionibus p pręsentes interdictis, & alias quã vt prefertur, etiã ptextu quorumuis priuilegiorũ, & indultorum eis, & eorũ officio quomodolibet concessorũ, aut consuetudinis, vel quasi possessionis in similibus materiis, phibitis expediẽdis se intrõmittere quoquomodo audeãt, vel pręsumant. Decernẽtes nihilhominus quascũque concessiones, cõmissiones, & alias expeditiones ab illis, & a dicto officio deinceps contra pręsentium tenorem pro tẽpore quomodolibet, quod absit attẽptatas, nullas, & inualidas, ac extortas, & surreptitias fore, & esse, ac cẽseri neminiq; ppterea suffragari posse. Sicq; p quoscũque locorũ ordinarios, ac Iudices, & Cõmissarios, etiam cãrum Palatii Apostolici Auditores, ac eiusdem Romanę Ecclesię Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicãdi, & interpretãdi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, Irritũ quoque, & inane quicquid secus sup his a quoquã, quauis auctoritate sciẽter, vel ignoranter contigerit attemptari. Non obstantibus cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, priuilegiis quoque, et indultis eisdẽ Correctori, et procuratoribus sub quibuscũque tenoribus, & formis, ac cũ quibusuis clausulis, & decretis p quoscũque Romanos Põtifices prædecẽssores nostros, ac forsan nos cõcessis, & approbatis, & innouatis, ac decretis, & cẽsuris in illis appositis, quibus omnibus etiã si p illorũ sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus specialis specifica & expressa, ac indiuidua, & de verbo ad verbum, nõ autem per clausulas generales idem importantes mẽtio, seu quęuis alia expressio habẽda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro sufficiẽter expressis habẽtes, illis alias in suo robore permansuris; hac vice dũtaxat specialiter, & expresse derogamus contrariis quibuscunque. Aut si aliquibus cõmuniter, vel diuisim ab eadẽ sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excõmunicari nõ possint per literas apostolicas non facientes plenã, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionẽ. Et quibuslibet aliis priuilegiis, indulgẽtiis, & literis apostolicis generalibus, & specialibus quorumcũque tenorũ existant, per quæ pręsentibus non expressa, vel totaliter nõ inserta effectus præsentiũ impediri valeat quomodolibet, vel differri, et de quibus quorũq; totis tenoribus habenda sit in nostris literis mẽtio specialis. Vt autẽ præsentes literę ad omniũ notitiam deducantur, & eos quorũ interest, vel interesse poterit, omnino afficiãt: volumus, & mãdamus illas in Palatii nostri Apostolici, ac audiẽtiæ literarũ contradictarum valuis, & acie Campi Floræ per aliquos, ex Cursoribus nostris affigi, & per aliquod tẽporis spacium relicta ibidem earũ copia affixas detineri: vt ii quos literæ ipsæ concernunt, seu cõcernere poterũt quo

libet

libet in futurũ, nullam possint excusationem prętendere, vel allegare, quod ad ipsorum notitiam non peruenerint: cũ nõ sit verisimile apud eos incogni tũ remanere, quod tam patenter publicatum fuerit. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nostrorum statuti ordinationis, inhibitionis, decreti, derogationis, voluntatis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingẽtesimo Sexagesimo Secundo, Sexto Kal. Iunii. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

✠ Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

✠ Ego R. Card. de Carpo eps̃ ostieñ.
✠ Ego F. Card. Pisanus eps̃ Portueñ.
✠ Ego Fed. Card. Cæsius, eps̃ Tusculanus
✠ Ego Io. Card. Moronus eps̃ præneſtin.
✠
✠ Ego Otho Card. Aug. Eps̃ Albaneñ.
✠ Ego B. de la Cueua Card. Sanctæ Crucis.
✠ Ego R Card. S. Angeli Maior Pœniteñ.
✠ Ego Ti. Card. Crispus.
Ego Ful. Cardinalis Perus.
✠ Ego Io Mi. Card. Saracenus.
✠ Eo Io. Cardinalis Sancti vitalis.
✠
✠ Ego Io. B. Cicada Card. S. Clemen. ss.
✠ Ego B. Card. Tranen.
✠ Ego Scipio Card. Pisarum.
✠ Ego Io. Suauius Card. Reumanus.

✠ Ego Io. Ant. Card Capisuccus.
✠ Ego. F. M. G. Card. Alexandrinus,
✠
✠
✠ Ego Io. Ant. Card. Sancti Georgii.
✠
✠
✠ Ego Bernardus Card. Saluiatus
✠ Ego Ph. Card. Aburd.
✠ Ego P. F. Card. Ferrerius.
✠ Ego Hier. Card. Corrigiensis.
✠ Ego B. Card, Nauagerius.
✠ Ego Io. Franc. Card. de Gambara.
✠
✠
✠
✠ Ego A. Card. Farnesius Vicecance.
✠ Ego Gui. Asc. Cardinalis Camerarius.
✠ Ego Iu. Card. Vrbin.
✠
✠ Ego Alfonsus Carafa Card. Neapolitañ.
✠ Ego Vitellotius Card. Vitellius.
✠
✠
✠ Ego Franciscus Card. Gonzaga.
✠ Ego Ind. Aualos Card. Arag.
✠ Ego Alph. Card. Gesualdus.

Cæ. Glorierius
Francis. De Iyon.

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo secundo Indictione quinta die verò xix. mensis Iunij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri, Domini Pii diuina prouidẽtia Papæ quarti Anno Tertio, Retroscriptæ lr̃ę apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Palatij apostolici, audientiæ literarum contradictarum & in acie Campi Floræ, & deinde amotæ dimissis ibidem in locis suprascriptis, copiis earumdem affixis per nos Iulium Parinum, & Camillum Cherubinum prælibati S. D. N. Papæ Cursores.

Franciscus Rogerius Magister Cursorum.

Registrata Apud Cæsarem Secretarium.

R O M AE Apud Antonium Bladum Impressorem Cameralem.





